

h. 7144

Za
595

HOMICIDA
EXCUSATUS,
SIVE
DEFENSIO
AC
DEDUCTIO
INNOCENTIÆ

Unà cum sententiis in hâc causâ pronuntiatis,

Quam
pro

x 2044102

CHRISTIANO AN-
GERMANNO,

Incolâ pagi cujusdem, qui vocatur Germanicâ
lingvâ Weiffig,

In puncto homicidii inculpati quidem
sed tamen reverà circa adhibitum moderamen incul-
patæ tutelæ in Martino Philippo rustico quodam
commisfi,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

GABRIEL BERNHARDI, Jur. Pract.
in prætura Dresdensi

confecit,

d. 1. Maj. A. O. R. M. DC. LXXXIX.

DRESDÆ,

Sumptibus GODOFREDI KETTNERI,
Typis JOHANNIS RIEDELII.

BIBLIOTHECA
BOHEMICA
AVIANA

h. 7144 P. 5.



PERILLUSTRIBUS, GENE-
ROSISSIMIS, CONSULTISSIMIS, NOBI-
LISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS

DOMINIS

PRÆSIDI

Nec non

SENATORIBUS

In

SERENISSIMI ac POTENTISSIMI

ELECTORIS SAXONIÆ

CONSILIO AULICO,

Dominis Suis Gratosissimis,

Patronis Summis & omni honoris cultû
prosequendis,

Obsequia juxta atque Studia sua
commendaturus

Pignus hoc submissi & devoti animi reverenter
exhibet

AUTOR.



*DOMINI PERILLUSTRES, GE-
NEROSISSIMI, CONSULTISSIMI, NOBILISSI-
MI, EXCELLENTISSIMI,*



Rma pariter & tela, cum-
primis autem evaginatus,
gladius, si à furioso vel in-
fante fumantur, aut nocent
illi valdè, aut certè eum,
quem tamen præstare de-
bent, usum non commodant: ita contra
si ea ab illo arripiantur subitò, qui in cor-
poris simul ac vitæ periculo constitutus
est, ad tutelam ipsius ac defensionem,
quam maximè facere possunt: Hincqve
adeò injurium perquam ac iniquum ac-
cideret nobis, si defensor propriæ salutis
atq; propulsator violentiæ ideò poenæ in
jure alioquin capitali obstrictus quasi
atq; obnoxius esset, quia arma adversus
aggressoris vim in tuitione corporis ac

D'EDICATIO.

vitæ defensione usurpâset. Sed enim ve-
rò mitius nobiscum atq; humanius jura
egerunt, quando ejusmodi defensores
suæ vitæ & corporis etiam cum interne-
sione alterius à crimine aut planè absol-
vunt, (si scilicet normam à legibus præ-
scriptam observaverit exactè) aut omni-
no accedente quodam excessu levio-
rem poenam eidem imponunt. Nec est, quod
quis temerè injustitiæ cujusdam vel ini-
quitas incuset has leges, cum justissimi
legumlatores non ab antiquis fabulis;
sed potius ex ipsis juris naturalis fontibus
istas hauserint & posteritati mandave-
rint. Eapropter non è longinquò pe-
tenda est ratio ac indaganda, cur An-
germannus, cujus causam agendam jux-
ta & defendendam suscepi non ita pri-
dem, usq; ad sex annorum relegationem
vel multam 40. florenorum & solutio-
nem Wergeldi ac expensarum per sen-
ten-

DEDICATIO.

tentiam à reatù absolutus fuerit; Id ta-
men recogitandum nobiscum atqve in-
culcandum mentibus est, quod Denun-
ciatori (sicuti in jure vocatur) non sem-
per & ubiqve fides habenda sit. Non ra-
rò enim inveniuntur homines pessimi,
qvi aut mentiuntur sui emolumentu cau-
sâ, ne qvia litibus interfuerint ipsi, peri-
culum inqvifitionis incurrant, aut qvia
malè cupiant homini, ut affligant illum,
miserè ac tantùm non de fortunis omni-
bus deturbent. Unde & Jodocus Dam-
houderius

in Pract. Crim. c. 6. de Denunciationibus. num. 12.

graviter Judices monet, ne temerè cu-
jusvis denunciationi fidem adhibeant,
quando inquit: Judicis est atqve Magi-
stratus, aut fisci (priusquam denuncia-
tionem quampiam acceptent) diligen-
ter introspicere ac animadvertere per-
sonæ denunciantis qualitatem, inge-
nium,

) (3

nium,

DEDICATIO.

nium, mores, omnesq; conditiones, nec non studiosè & accuratè perscrutari singulas tam Denunciatoris, quàm aliarum rerum penè omnium circumstantias, ne cui (quod hujusmodi rerum neglectû fieri potest) temerè odiosam molestiam pariat ac frustra in graves expensas inducat. Exemplum vel ipse Rochius suppeditat nobis in casû præfenti, qui ut denunciavit falsò Angermannum: ita & præmii loco gravissimam reportavit inquisitionem à Judice, mox pro merito poenas daturus. Sed ad Vos Summos Sacerdotes Justitiæ jam dirigenda erit oratio, ad Vos inquam quasi Deos tutelares, sub quorum auspiciis hoc quicquid laboris est, prodit. Nisi enim reo ab initio saluum conductum, ut has terras absens jam tum ingredi rursus ac invisere potuisset, liberaliter concessissetis, & nisi defensionem ipsam & ad hanc deducendam

DEDICATIO.

dam spatium legitimum indulissetis, profectò ex Sententiâ Scabinorum Lipsiensium aut patriâ carendum ipsi penitus, aut postea si comparuisset in iudicio, præter carceris pœnam quæstionum periculum subeundum fuisset. Nec Dominis Scabinis Lipsiensibus durior ista & gravior sententia fuisset imputanda, quippe quibus de innocentia rei, cum Acta nihil de hac locuti fuissent, non constitisset. Adeò multùm refert nunquam non benignè audire reos, & iis humillimè supplicantibus aditum non denegare. A quibus moribus nec ipsum divinum Numen abit, quod Protoplastos nostros, licet juxta omniscientiam grande illorum peccatum pateret ultrò ipsi, ex amæno isto & ad nullam non elegantiam nato horto non expulit tamen prius, quàm exceptiones eorundem audivisset prolixius. Quemadmodum autem

tem

DEDICATIO.

tem quanto officio Vobis Justitiæ Antistitibus obstrictus sim, video quidem, ceterum quas gratias referre habeam, invenire planè nequeo: ita non potui non has qualescunq; pagellas in signum saltem gratianimi nemini nisi Vobis dedicare. Quas si benevolâ mente accipietis [credo enim vos sic accepturos] est quod mihi impensè gratuler, & in id sedulò omni cultus ac devotissimæ reverentiæ genere contendam ac laborabo, ut tum infinitis in me collatis beneficiis, tum cum primis hoc, quo me tam fusè audire voluistis, non indignum esse ostendam. De cætero favori vestro commendo me & studia mea, spei insistens, ut hætenus gratiosè fecistis, ita imposterum quoque Clientem Vestrum ulterius benignè audituros, dum ero


Vestris Nominibus

devotissimus juxta ac ob-
strictissimus

Dabam Dresdæ, d. 6. Jul.

Anno 1689.

G A R R I E L. B E R N H A R D I.
I. N. J.



I. N. J.



I quis unquam aliquid
laude juxtâ & perpetuâ omnium
seculorum dignum memoriâ scri-
pserit & cum literato Orbe com-
municaverit: Oraculum Eloquen-
tiæ Romanum Cicero id maximè
præstitisse videtur, quando in Ora-
tione pro Milone ita perorat: Est hæc non scripta;
sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legi-
mus; verùm ex naturâ ipsâ arripuimus, hausimus,
expressimus; ad quam non docti, sed facti, non in-
stituti, sed imbuti sumus, ut si vita nostra in aliquas
insidias, si in vim, in tela aut latronum aut inimico-
rum incidisset, omnis honesta ratio esset expedien-
dæ salutis. Et paulò inferius: Hoc & ratio doctis
& necessitas barbaris & mos gentibus & feris ipsa
natura præscripsit, ut omnem semper vim, quacun-
que ope possent, à capite, à vitâ suâ propulsarent.
Cui calculum adjicit non tantùm celebris Jctus Ca-
jus *in l. 4. ff. ad L. Aquil. in verb:*
adversus periculum naturalis ratio permittit se de-
fendere; sed etiam Jctus Florentinus
in l. 3. ff. de J. & J. in verb.

A

ju.

jure hoc evenit, ut quod quisque obtutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimerur. Quò fanè hi Viri Clarissimi æque ac juris peritissimi nihil aliud inuere prorsus atque menti quasi imprimere voluerunt, quàm ut si in corporis ac vitæ periculum incidamus, contra alterum hoc intentantem etiam cum ipsius internecone defendere nos & tueri queamus.

Hugo Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 2. §. 3.

Hieron. Mago decis. Luc. 56.

Nam quamvis Scriptura Sacra & in eâ cum primis humani generis Redemptor eò intendens nos quasi manû ducat ad proximos nostros tanquam nosmet ipsos diligendos, illosque nullomodo lædere, multò minus occidere jubeat: attamen Scriptores Philosophiæ Moralis hanc doctrinam ita explicant, ut proximos quidem debeamus amare juxta nos ipsos, non tamen prænobis ipsis, imò ubi par malum imminet, non vetamur nobis potius, quàm aliis consulere.

Hugo Grot. d. l. c. 3. §. 3. ibiq; Magnif.

Dn. Ziegler in Not. in verb. non vetamur. Labor in Armament. Justinin. c. 2. pag. 466.

Ex ratione haud contemnendâ, quia nemo membrorum suorum est Dominus

l. 13. pr. ff. ad L. Aquil.

Imò absque hac si esset, tam contra Creatorem nostrum, quàm contra ipsam quoque Rempublicam, sub quâ vitam unâ degimus, peccatum committeremus. Nam ille peccatum committit contra præceptum Charitatis, qui invito DEO destitutione suâ, cui ad motus hætenus, spontè decedit. Respublica verò amittit per ipsius culpam civem, quò
 si non



§ 3 §
si non florere, certè gaudere diutius adhuc potuisset

Vischer de duello improviso pag. 547.

Quæ & causa fuit, cur miles ille Marianus apud
Quintilianum & Milo, cujus Cicero in jam dictâ O-
ratione mentionem facit, quia aggressores suos pri-
vârunt vitâ ac necârunt, à pœnâ capitali planè absol-
verentur. Hincqve adeò canit elegantissimè Poëta
Ovidius

l. 3. de Art.

Judice me fraus est concessa repellere fraudem,

Armaqve in armatos sumere jura finunt,

Et *Thucydides in 4.*

Omnia licere in bello & necessitate aliqua circum-
ventis veniam esse etiam apud DEUM. Etenim delictis
non voluntariis refugium esse aras scelusqve eorum,
vocari, qui nullâ necessitate sunt mali, non eorum,
qui propter adversa aliquid audent.

P. Gregor. Tholosan. Syntagm. jur. univers.

l. 36. c. 21. num. 15.

Quemadmodum verò hæc jura immoto stant
semper fundamento: ita sequenti casû demonstra-
bitur paulò plenius, quousqve applicationem ad il-
lum ea patiantur. Qui reverà talis est. Incola pa-
gi, (qui vocatur Germanicâ lingvâ *Weißig*) nomine
Christianus Angermannus, præviâ denunciatione in-
simulatur, quod, cum die 10. Decembr. præteriti an-
ni millesimi Octogefimi octavi cum currû suo vacuo,
Dresdâ, Sereniss. Elector. Sax. sede, domum reverte-
retur, & ipsi Martinus Philippus & Martinus Rochius
ambo ex pago, qui idiomate Germanico *Wilschdorff*
appellatur, & præturæ Stolpensi subjacet, propè
rivul-

rivulum Priesniz dictum, & lapideum pontem ibi-
 dem, cum æque vacuis curribus sibi obviam facti es-
 sent, & jumenta Rochii, dum currui abiegnis sar-
 mentis onusto cederent, currere inciperent adeò, ut
 Angermanni currum non tantum cursu superave-
 rint; sed etiam cum axe posteriori unum de jumen-
 tis suis aliquantum læserint, hoc facto illicò irâ com-
 motus ac mente ita perturbatus fuerit, ut non tantum
 impetum fecerit in Martinum Rochium, hominem
 sceleratum ac furem appellitando ipsum; sed etiam
 versam scuticam, quam in manibus habuit, quasi ver-
 beraturus levaverit, & omni blando alloquio & de-
 precatione, ne verberaret, (siquidem omne damnum
 quod fortè illatum esset, restitui deberet) penitus
 spretâ, tandem cum capulo versæ scuticæ eidem in-
 gentem ictum in capite dederit, ut exclamaverit su-
 bitò, percutis tanquam nebulo! sed hoc nondum
 contentus Angermannus, dum ictus continuaturus
 ultiores impetus in tantum in ipsum fecit, ut causâ
 defensionis alter de currû lignum grande extra-
 here & eò sibi consulere necesse habuerit, quod
 mox Angermannus ipsi è manibus extorsit & pror-
 sus eripuit, nec non occisum Martinum Philippum,
 qui ad componendas rixas advolans illis interven-
 rat, eo ipso ita duriter in capite læsit, ut subito supinus
 interram reciderit, post ictum acceptum sanguineum
 sputum emisit, & vix spatio 4. aut 5. horarum ef-
 fluxo in diversorio quodam, quod nuncupamus lin-
 gvâ nostrâ [die lohe Schencke] animam exhalaverit.
 Quandoquidem durum hunc ictum cum ligno gran-
 di Philippo eò fortè sine inflixerit, ut exinde mors ipsi
 esset

55

esset obeunda, adeoque ob hoc commissum homicidium contra iussa divina veniens graves poenae ipsi essent luendae. Quas accusationes maximam ex parte jurato examinatus testis Martinus Rochius tam in depositione sua ad articulos a Iudice ad convincendum reum conceptos, quam in actu confrontationis cum reo defendere non detrectavit. Quin & Serenissimi Electoris Saxoniae Medicus aulicus D. Johannes Christophorus Troppannigerus, si quisquam alius celeberrimus, una cum juratis Chirurgis factam laesionem pro simpliciter & absolute lethali pronuntiavit, nec reus ipse diffiteri potest, quod Philippo ictum dederit & post deinceps deprehendus simul & in carcerem conjiciendus fugam salutem petierit. Unde & ab initio Angermannum elapsum literae patentes requisitoriae ad omnes ubique Magistratus & iudices missae, quibus repertus deprehendi & detineri iussus, (quas *Stöck-Brieffe* vulgo vocamus) ita celeriter persecutae sunt, ut salvum conductum supplex rogare & interim latebras quaerere coactus fuerit, quem etiam per sententiam & inde secutum Principis rescriptum praestitam ducentorum thalerorum cautione impetravit ex facili & obtinuit. Quo facto ex latebris ac tenebris erumpens ad articulos inquisitionales ultrò respondere & confrontationem (uti Icti loqui amant) cum Rochio subire non denegavit. Verum ut rei innocentia detegatur eò magis ac omnium quasi oculis subjiciatur, ipse ut cum sua defensione paulo copiosius audiretur à Serenissimo Electore Saxoniae petiit submissè: Qui & petitis haud injustis annuit non difficulter & spatium

unius mensis ad defensionem deducendam concessit
 ipsi & indulgit. Quam jam sine ullis verborum am-
 bagibus quatuor quæstionibus principalioribus pro-
 positurus omnino absolvam. Et quia in delictis re-
 gulariter tria cum primis penitus inspicienda, ani-
 mus scilicet, factum & delictum, & quidem animus,
 ut quis intendat delinquere, factum, ut sequatur de-
 lictum, delictum denique ut per legem sit punibile.

Gomez V. R. tom. 3. c. 3. num. 30.

Certè hæc in deductione quatuor principalium quæ-
 stionum benè perpendi & attentius paulò excuti de-
 bent. Prima quæstio est hæc, an corpus delicti ra-
 tione inculpati homicidii contra reum ex Actis exi-
 stat? Secunda, an contra Rochium reus modera-
 men inculpatæ tutelæ adhibuerit? Tertia, an post-
 quam probaverit se moderamine inculpatæ tutelæ
 contra Rochium usum fuisse, Martinum Philippum,
 qui ipsum non offendit, cum ligno tam duriter per-
 cutere potuerit? Quarta, an reus ob id corpore,
 aut vitâ puniendus, aut an non potius, si non peni-
 tus absolvendus, mitiorem tamen pœnam pecunia-
 riam sustinere debeat? Quamquam enim, quod
 ad primam quæstionem spectat, videri posset, quod
 corpus delicti ratione inculpati homicidii plenè contra
 reum probatum sit, dum Martinus Philippus post ac-
 ceptum ictum mortem oppetiit, nec non Medicus au-
 licus cum Chirurgis ex fide referunt, quia occisus
 propter Concussionem cerebri & propter rupturam
 rami arteriæ carotidis mortuus, hanc vulnerationem
 juxta fundamenta & observationes Medicas & Chi-
 rurgicas pro simpliciter & absolutè lethali æstimari,
 præ-

præsertim cum vulneratus intra spatium quinque
 horarum vitam cum morte commutaverit; & è con-
 tra quidam ex Scriptoribus rerum Criminalium in-
 ter quos Christophorus Blumlacherus

in Comment. ad Constit. Crim. art. 149. n. 8.

& Justus Oldecopius

in decad. 1. qv. 8.

reperiuntur, evincere allaborant, quod si vulnera-
 tus post acceptum ictum aut vulnerationem, quæ cæ-
 sim, aut punctim, aut per explosionem bombardæ
 infertur, in continenti aut post horas quasdam mo-
 riatur, putandum quasi vulneratus ex accepto vulne-
 re, punctione, aut globuli transfossione mortuus es-
 set, adeò ut nec de cætero in Ordinatione Criminali
 Caroli V. tam salubriter præcepta inspectio pariter,
 ac sectio cadaveris necessaria esset. Nam vulneratus
 brevi temporis spatio decedens ex vulnere decessisse
 præsumitur. Ut silentio prætereamus reliquorum
 Scriptorum rerum Criminalium opinionem, statu-
 entium, quod si quis tribus, quinque, octo, aut sexa-
 ginta diebus aut mensibus, aut etiam anno post infli-
 ctum vulnus vitâ decederet, putandus sit, ac si ex in-
 flicto vulnere periisset.

Prosper Farinacius qv. 127. n. 31. & seqq. Me-

noch. de A. J. Q. c. 275. Mascard. de probat.

Vol. 3. concl. 1079. Boër. decis. 323.

Quid? quod prælaudatus Farinacius

d. qv. 127. num. 10.

in genere concludit: quando constat vulnus fuisse
 mortale, tunc morte secutâ vulnerans de occiso te-
 netur, quia ex vulnere decessisse præsumitur. Sed

qvic-

quicquid sit, interim tamen non negandum juris esse
apertissimi, quod in homicidio sicut in ceteris delictis
de corpore delicti certò constare debeat, adeò, ut
etiam reus ex solâ confessione condemnari nequeat

Nicol. Boër. decis. 164. n. 8. Jul. Clar. in Pract.

Crim. §. fin. qv. 55. vers. potest etiam.

Si hoc autem debeat esse probatum, non solum de
homicidio ipso ut constet necesse est; sed etiam de
omnibus qualitatibus & circumstantiis homicidii &
præcipuè occisum ex percussione aut vulnere inflictò
obiisse illudque fuisse lethale & mortiferum, hoc est
tale, quod plustendat ad mortem, quam ad evasio-
nem.

Bajard. ad Jul. Clar. in §. homicidium n. 156. Ber-

tazoll. cons. 85. n. 28. l. 1. Boër. decis. 323. n. 3.

Carpz. Pr. Crim. P. I. qv. 26.

Jam verò non inficias ire possumus, Martinum Phi-
lippum post effluxum quinque horarum spatium ex
accepto vulnere vitam finivisse; nec etiam possu-
mus dissimulare, vulnerationem occisi à Medico au-
lico & Chirurgis pro simpliciter & absolutè lethali
pronunciatam fuisse. Sed ut ut talia ita sese habeant
omninò, non tamen Medicus aulicus cum Chirur-
gis certò judicare juxta ac statuere potest, an ab ictu
solo hæc vulneratio orta fuerit; verùm conjiciunt
potius, quod casus & conqvasatio vehiculi, dum oc-
cisus intra dimidiam horam seipsum collegit & diffi-
patas animi pariter ac corporis partes in suum locum
rursus coëgit non modò; sed & non sine ratione
colloqui inceperit, haud parùm illam promove-
rint. Nam verùm est, & ex juratâ etiam depositio-
ne

59 50

ne ad *art. defens. 18. test. 2. § 4. fol. 42* elucet, Rochium, dum vulneratum de terrâ tollere voluit, quin idem ipse duabus vicibus in terram recideret, non præcavisse, ita quidem, ut caput non sine ingenti impetû terræ frigore & glacie concretæ impegerit, & in frigore quoque per spatium dimidii miliaris usque ad diverforium, quod vocatur (die lohe Schencke) vectus ac malè tractatus insuper fuerit. Hincque adeò in proverbium abiit, quod Artifici in arte credendum sit

l. 1. §. 1. ff. de Ventr. insp. Tabor. in Barbosa locuplet. l. 1. c. 82. ax. 1.

Et in specie Medicis in arte Medicâ

arg. l. 12. ff. de stat. hom.

Et adhuc magis in specie circa inspectionem vulneris

Ord. Crim. Caroli V. art. 149. Anton. Matthæi adl. 48. ff. tit. 5. c. 3. num. 17.

quando scilicet, sicuti hîc, vinculo juramenti ad hoc officium electi sunt.

Dan. Clasen ad Carol. Constit. art. 149. n. 4.

Quando autem Medici dubitant nec certi quid afferere possunt, ne utiqvam ad pœnam homicidii ordinariam perveniendum est

Hippolyt. de Marsil. in P. C. §. & quia. n. 17.

Carpzov. P. 1. quæst. 26. num. 44.

Huic non adversatur, quod dictus Philippus quinque horas post acceptam vulnerationem obierit, & supra allegatum fuerit, quod ex brevitate temporis juxta quorundam Dd. opinionem putandum, quod vulneratus ex vulnere perierit & inde reus in pœnam homici-

B

mici-

homicidii ordinariam condemnandus fit, quia illorum
opinio non usû recepta & iudicium super lethalitate
vulnerum potius ad artem Medicam, quam ad lega-
lem scientiam spectat

*Carpz. d. l. num. 23. & seqq. P. Zachias quæst.
Medicolegal. l. s. t. 2. qu. 1. n. 2. & ibi allega-
ti Dd. Vischer de duello improviso, pag. 521.*

Ex quibus ad oculum quasi demonstratur, quod ra-
tione inculpati homicidii incertitudo corporis delicti
existat, & ratione obvenientium circumstantiarum
tam jure divino, quam jure civili in homicidas statu-
ta pœna, quæ decapitatio istarum est, in hoc casû lo-
cum invenire nequeat; Jam primâ quæstione deci-
sâ, secunda quoque mihi erit aggredienda, quæ in
eo consistit potissimum, an reus moderamen incul-
patæ tutelæ in præsentî casû servaverit? Ubi profe-
ctô si Martini Rochii testimonio jurato fides esset ad-
hibenda, ad votum sententia reo non caderet, dum
illum ceu autorem rixæ ubique & aggressorem de-
ferre sustinuit, quod ipsi verò Rochio tam parùm
credendum, quam minus eò à suspitione ipsum au-
torem rixæ pariter & aggressorem in hâc actione fu-
isse, se liberare poterit, quandoquidem quod ipsius
testimonium attinet, illud negligi prorsus ac rejici
debet, quia si juxta ipsius depositionem sententia es-
set ferenda, ille tamen tanquam complex delicti non
posset nec deberet audiri. Particeps autem cri-
minis non admittitur ad testimonium contra
alium

*Nepos de Monte Albano tr. de testib. num. 69.
Jac. Ægid. de testib. num. 53.*

imò

imò nec indicium facit

*D. Nelli à St. Geminiano tr. de testib. n. 16. Alberic
de Malet. de testib. n. 65.*

Nec dictus testis negare potest, & testantur etiam
Acta publica, quod hoc factum in præturâ Electorali
Dresdensi denunciaverit, ideoq̄ve multò minus ut
testis omni exceptione major sit æstimandus. De-
nunciator enim in causâ, in quâ denunciavit, non po-
test esset testis in delictis præcipuè gravioribus

*Lanfrancus de Oriano tr. de testib. num. 89. Al-
beric. de Malet. tr. de testib. n. 60. Campeg.
tr. de testib. reg. 103.*

Cum primis quia per factam denunciationem nihil
quæsit aliud, quàm ut per illam se purgaret quo-
dammodo ac liberaret ab imminente sibi de cætero
accusatione. Cum testes tractantes de se exoneran-
do tanquam in re propriâ non probant

*Franc. Curt. tr. de testib. conclus. 38. num. 81. Ti-
ber. Decian. Vol. I. resp. 26. n. 10.*

Et quantumvis opponi posset, quod inhabiles testes
admittantur, si aliter veritas haberi non posset, id ta-
men quoq̄ve ob oculos ponendum est, quod verse-
mur hîc loci non in delicto & facto difficilioris pro-
bationis, vel quod de naturâ delicti, vel ratione loci
& temporis alii testis intervenire non potuerint, ubi
ejusmodi exceptio locum habere posset; sed verfa-
mur hîc in puncto homicidii. In homicidio autem,
violentiâ & injuriâ &c. habitû testes intervenire po-
tuerunt

*Blancus de iudiciis n. 354. Gomez. 3. V. R. c. 12. n. 21.
Ægid. Boss. de homicidio n. 163. Farinac. qu. 62.
n. 28. & seqq.*

B 2

Si-

Siquidem ut in articulis defensionalibus videre licet
fol. 35. Act. aliquot testes ipso actû intervenerunt, &
 pleraque quæ Rochius affirmavit constanter, impri-
 mis autem quod ipsi nullus currus abiignis fermen-
 tis onustus, cui cedere coactus fuit, obviaverit juxta
 deposit. ad *art. defens. 13. fol. 40.* porro quod non reus
 Rochium; sed Rochius reum per longam viam fini-
 tâ jam lite cum ligno grandi, quod sine causâ de currû
 extraxit, persecutus fuerit juxta *art. defens. 5. & 6.*
test. 2. & testis 3. fol. 37. in contrarium deposuerunt.
 Testis autem existens falsus circa unum articulum
 tantum, derogat sibi fidem & auctoritatem testis in
 universâ causâ

Job. Sichardus ad l. 14. C. de contrah. & committ.
stipulat. num. 31.

rationem addit Julius Clarus

*l. 5. sentent. §. fin. quest. 53. n. 8. in verb. sed quæ-
 ro & c. ibiq; Bajard.*

quia juramentum esset indivisibile, meritò ubi testis
 est in uno suspectus, totum ejus testimonium reddi-
 tur suspectum, & quando ejus dictum in uno repro-
 batur, non creditur ei etiam in aliis. Cum ergò
 probatum fuerit, quod Rochii depositio sit planè re-
 jicienda, brevi nunc etiam doceri debet, reum in hoc
 casu moderamen inculpatæ tutelæ adhibuisse, quod
 juxta Scriptores rerum Criminalium probatissimos
 tria requisita supponit, CAUSAM scilicet, MODUM,
 & TEMPUS

Matth. Wesenbec. cons. 19. n. 57.

Jul. Clar. P. C. §. homicidium n. 34.

Volzins de Sicar. c. 7. n. 5. & n. 130.

Ernestus

*Ernestus Cothmann l. 1. conf. 32. n. 80. & sequ. &
l. 2. conf. 59. n. 123. & sequ.*

Gail. de P. P. c. 16. n. 17. l. 1.

Vel moderamen inculpatæ tutelæ, consistit in eo, quod quis non aliter adversus vim ac injuriam, quæ imminet jam aut infertur, se tueri, nec aliter mortis vel alterius gravioris offensionis periculum, quam adversarium suum occidendo vel debilitando evitari possit

*l. 5. pr. & l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 2. l. 3. C. ad
l. Corn. de Sicar. Simon van Leeven. cens.
for. l. 5. c. 11. de homicidio n. 5. p. 1. Ant.
Perez ad L. Corn. C. de Sicar. num. 36.*

Causa moderaminis inculpatæ tutelæ est sanè injusta offensio, si nimirum quis ab alio fuerit insultatus seu invasus

juxta Ord. Crim. Carol. V. art. 140. in verb:

Si quis armis, telo lethali, ferro aut lapide alterum invadit, persequitur, aut percutit

Dan. Clasen ad d. art. 140. per tot.

*Fort. Garz. in l. 3. num. 4. vers. & sicertè ubi &
Mar. Salomon n. 6. pr. ff. de J. & J.*

Si igitur præsentem casum accuratius paulò ac pressius introspiciamus & jura hæc applicemus ad illum; illicò in oculos in curret pariter & mentem, quemadmodum Rochius juxta tenorem depositionis suæ, fol. 20. ad art. 12. & depos. ad art. 13. test. 2 fol. 40. & ad art. 15. & 16. fol. 41. & 42. reum, qui in limitibus suis & statione se continuit, per lasciviam in via aliàs satis latâ, curru præire auxiliè desudaverit & per hoc causam dederit simul & occasionem, ut ipsius currus

cum axe posteriori rei jumentum aliquantum læde-
ret, nec temerè quis negabit, reum per incursum
hunc vehiculi in itinere haud parum retardatum fuis-
se. De cætero quoque jam patebit, quod Rochius
sine ulla urgente causa & necessitate, quia jam à reo
cum pace dimissus & lis planè finita fuit, lignum
grande de curru extraxerit, illud cum amababus
manibus quasi verberaturus levaverit & cum eo per
spatium jugeri juxta *depos. ad art. 5. & 6. test. 2. & te-
stis 3. & depos. ad art. 7. test. 2. & test. 3. fol. 37. & 38.*
usque ad Angermanni currum redierit & illum ibi-
dem invaserit. Ex quo sanè injusta offensio satis
elucet, nec obstat, si quis regereret, quod reus ab ini-
tio Rochium injuriosè admodum allocutus fuerit, di-
cendo, ô scurra cur jumenta currû turbas! & postea
cum scuticâ ipsum percusserit, dum juxta *art. inquis.
16. fol. 18.* Rochius paulo antè nequam hominem ap-
pellavit eum, inter lascivum præcursum jumenta
cum currû sufflaminavit & unum de his læsit, adeoq;
ad iram incitavit. Sunt enim res ut vulgò dici solet,
secundus hominis sanguis

gl. in l. 14. in verb. vitam C. de Advocat. div. jud.

Ayres de homicidio necess. n. 157. p. 1.

præsertim hodiè

Menoch. A. J. Q. l. 2. c. 2. c. 110. n. 6.

Unde dicunt metum amissionis bonorum periculo
vitæ & metui mortis æquiparari

Georg. Obrecht. de defens. necess. c. 3. num. 12. &

seqq. ibiq; alleg. Dd.

Quid enim juvat vitam habere, & iis tamen destitui,
quæ ad illius conservationem necessaria? Effectû
quippe

quippe nihil videtur interesse, an quis directò aliquem occidat, an ea, sine quibus quis vitam transigere nequit, ipsi violenter adimat. Ut adeò modis, quibus partus in utero contentus necari potest, non tantùm perfocationem & abjectionem; sed & alimoniorum denegationem assignet Paulus

in l. 4. ff. de agnosc. & alend. lib.

Nihil enim interesse putat Paulus occidat quis, an causam mortis præbeat juxta responsum Ulpiani

in l. 15. ff. ad L. Corn. de Sicar. Christianus Kremberg de necess. defens. qv. 7. num. 3. & seqq.

Quapropter Rochius provocator omnino censendus est. Provocator enim est, à quo incipit malitia, & qui prius incipit verbis contumeliosis

Prosper. Farinac. de homicidio quæst. 125. n. 505. & 508. Tabor in Armamentario in novissimâ editione p. 1. pag. 482. Ant. Faber l. 9. t. 1 d. 1. n. 5. & seqq. & t. 10. d. 6. num. 4.

Et si quis actum licitum exercet seu tale quid agit, quod de jure facere potest seu agere non prohibetur, & exinde postea oritur rixa, ut alter in vitæ discrimen conjiciatur, tunc ille non habetur pro autore rixæ nec etiam pro provocante haberi potest, quia nihil illiciti egit; sed alter habetur pro provocante, qui alterum ob licitam ejus actionem offendere voluit

Clasen ad Ord. Crim. art. 142. §. 1.

Hippol. de Marsil. ad §. quoniam. num. 91. Pract. Crim. Günther Thülemarius in homicida excusato c. 35. num. 8.

Imò qui alteri suam viam impedire vel præire intendit, is dicitur provocator & aggressor Ca-

*Cepolla cons. Crim. 29. n. 7. Bertazoll. cons. 1. l. 1.
Mascard. de probat. conclus. 1251. conclus. 72.
& conclus. 1134. Bajard. ad Jul. Clar. §. fin.
qv. 60. n. 70. Farinac. qv. 123. n. 476.*

Maximè cum via (ut hîc) sit lata & patens, unde
transire poterat

Farinac. d. l.

Nec provocator est, qui irâ aliquid fecit; sed qui ad
iram provocat

*l. 4. C. de serv. fugit. l. 20. C. de furt. Farinac. d. l.
n. 506. Carpzov. 1. qv. 29. n. 43. Job. Brun-
nemann. ad l. 52. ff. ad l. Aquil. n. 5. Prück-
mann cons. 22. Vol. 1. num. 95. Carpz. p. 4. c. 9.
d. 4. & c. 12. d. 4. & c. 12. d. 8. n. 13. Giurba,
cons. 63. n. 6. Farinac. cons. 67. n. 4. & cons.
35. num. 14. & 24.*

Unde etiam hæc ira dicitur justa, quam scilicet præ-
cessit factum lædentis injustum sive injuria reo à læ-
dente facta

*Farinac. qv. 91. n. 13. & 38. Carpz. p. 3. qv. 147.
num. 55. & seqq. Pet. Theodor. Colleg. Crim.
Disp. 10. th. 4. lit. H. Lauterbach. Disp. de
Irâ ejusq; in jure effectibus th. 58. Vol. 3.*

Et quidem talis à lædente facta injuria, quæ plurimos
ejusdem conditionis homines ad hujusmodi iram
commovere potest & solet; ita ut difficillimum sit
eandem temperare

Lauterbach. d. l. th. 59.

modò læsus in effectû atqve alterius læsione modum
ratione mensuræ non excedat; ita ut inter injuriam
irascenti factam & ejus vindictam atqve factum ali-
qua

excusandi pro justâ habetur, licet respectû finis vel aliâ ratione eidem aliquid vitii adhæreat

Lauterbach. d. l. th. 9.

Ut itaque ille, qui primò percutit, præsumatur provocatus, quia secundum ordinem naturæ nemo percutit, nisi percutiendi causam habeat

Bolognet. in l. 3. ff. de J. & J. n. 38.

Cum primis si ira in continenti, ut hic, præcessit

Wesenbec. cons. 19. n. 48.

Quod in casû nostro eò magis obtinet, quia percussio ex parte rei cum levi instrumento, nempe scutica in pileo facta fuit. Ex quo colligi potest, quod reus neque animum occidendi neque vulnerandi; sed corrigendi & castigandi habuerit. Ille autem qui intentionem saltem corrigendi & castigandi habet, à dolo omninò est immunis, ut ex Menochio, Damhouderio, Gailio & aliis deducit

Harprecht. tr. Crim. ad §. 5. Inst. de publ. jud. n. 249.

& seq.

Aliàs juxta depos. ad art. defens. 22. test. 3. fol. 44. & art. 23. test. 2. & test. 3. fol. 44. sibi perinde fuisset, lignum grande de curru extrahere, & cum eo Rochium percutere. Jam verò juris certissimi est, qui cum gladium aliudvé instrumentum ad occidendum magis aptum haberet, illo tamen omisso, baculum arripuerit sicque occiderit, animo occidendi vacare præsumatur, etiam si ex illâ percussione quis mortuus fuerit

Harprecht. d. l. n. 73. Mascard. de probat. Vol. 2. conclus. 865. n. 10. & 11. Flaminus de Rubeis cons. 41. Vol. 1. n. 23. & seqq. Theodor. Colleg. Crim. c. 7. de homicidio n. 17. aph. 1.

C

Quæ

Quæ absentia doli ulterius quoque; ex modo tractandi instrumentum & percutiendi cum eo præsumenda est, quia reus scuticam non vertit & cum robustiori parte, uti Rochius falso deposuit, percussit

Carpz. p. 1. q. 1. n. 62. verb. vel tali modo &c.
Mascard. de probat. concl. 865. n. 4. in verb.
sive cum ensis capulo & n. 8. verb. ex modo percutiendi &c.

Cum quo concinit, quando Johannes Baptista Ziletus

cons. Crim. 63. n. 21. tom. 2

respondet: Si quis percutit cum hastâ cum possit cum ferro percutere, etiam in capite & ille mortuus est, percutiens non punitur de occiso, quia licet præsumptio contra eum ex eo, quia percussit in capite, quod animo occidendi percussisset, tamen pro eo adest alia præsumptio, quia si voluisset eum occidere percussisset cum ferro & ideò una præsumptio aliam elidit

Menoch. A. J. Q. c. 361. n. 6.

Fortior enim præsumptio perimit debiliorem

Menoch. 1. de præsumpt. qv. 30. n. 1.

Non solùm, quia benignior est

l. 1. ff. ad L. Falcid.

& reo favet

Menoch. A. J. Q. c. 472. n. 7. & 25. & de præsumpt. l. 1. qv. 29. n. 5. & II.

Sed etiam quod certior & verifimilior est

Menoch. d. c. 472. Theodor. Colleg. Crim. c. 7. de homicidio aph. 1. n. 23. & seqq. Volz. ad L. Corn. de sicar. c. 4. n. 3. Gunther. Thülemar. in homicida excusato c. 25. n. 14.

Inprimis

Inprimis quia reus Philippo saltem unicam plagam iniecit, cum tamen in ipsius potestate fuisset plures plagas imponere ei. Unitas autem percussionis; non ut pluralitas demonstrat animum nocendi & occidendi

Wesenbec. cons. 19. n. 9. Novelli ad defensam n. 36. & 37. Theodor. Colleg. Crim. c. 7. de homicidio n. 20. aph. 1.

Maximè cum ei non defuerit ictus reiterandi potestas

Boss. in tr. Crim. tit. de homicidio n. 55. Hippol. de Marsil. ad l. 1. n. 37. & seqq. ad l. Corn. de sicar.

Idque eò facilius, cum Philippus jam in terrâ prostratus jacuit. Urgentior autem præsumptio est pro occifore, quod animus ipsius ab homicidio remotus fuerit, quia adversarium existentem in terrâ noluit percutere

Vincent. Hondedeus cons. 104. n. 25. Vol. 1.

Quod autem Rochius lite jam peractâ longo itineris cursû ferè absoluto lignum grande de currû sine causâ & necessitate apparente extrahere & cum eo quasi pulsaturus recurrere, & aggredi reum anxius fuerit, eo ipso secundâ vice inuasoris certè & aggressoris induit animum juxta art. defens. 5. 6. & 7. fol. 37. & 38. probato autem insultu & aggressione, insultatus præsumitur, occidisse aggressorem ad sui necessariam defensionem.

Mar. Salomon. in l. 3. ff. de J. & J. n. 8. Carpz. P. C. 1. qv. 28. n. 22. Clasen. ad ordin. Crim. art. 142. pag. 610.

C 2

Et



Et ad hoc ut offensio dicatur facta ad necessariam
defensionem sufficit probare, quod tempore offen-
sionis aliquis fuerit insultatus

*Farinac. qv. 125. n. 57. ord. Crim. Caroli V. art. 142.
in verb.*

Sed reus homicidii moderamen inculpatæ tutelæ
probaret, ut scilicet ab occiso cum telo lethali
(sicuti antea de moderamine inculpatæ tutelæ mo-
nitum fuit) primum insultatus fuisset, tunc mode-
ramen inculpatæ tutelæ per reum homicidii pro-
batum esset. Percutiens enim quem, qui in actu
percutiendi est, dicitur pro suâ defensione fecisse

Obrecht. de defens. necess. c. 14. n. 57.

Quia sufficit insultus, aggressio, & terror armorum

Idem n. 58. Wesenbec. cons. 19. n. 16.

Nec cogitur quis expectare primum ictum & do-
nec verberetur

Jul. Clar. §. homicidium n. 33.

Imò sufficit aliquem venisse cum armis (interquæ
& lignum hoc grande refertur

*l. 3. §. 2. ff. de Vi & vi armata & l. 9. ff. ad L. Jul.
de vi publ. Guazzin. ad defensam 29. t. 2.
c. 4. n. 20.)*

contra se etiam sine percussione

*Obrecht. d. l. n. 60. Rhetius Vol. 2. Disput. de De-
fens. necess. c. 3. n. 13. per l. 3. C. ad. L. Corn.
desicar. & l. 4. C. cod. Nemesis Carol. art.
140. ibi:*

Neque donec feriat aut vulneretur, sibi expe-
ctandum putet. Partim quia magis ex re fit, in
tempore occurrere, quam post exitum vindicare

l. 1.

l. 1. C. qu. lic. nric. sine jud.

Nam consultius intactum corpus servare, quam post vulnus acceptum remedium quaerere

l. fin. C. in qu. caus. restit. in integr. necess. non est.
partim, quia praesens terror armorum offensionem quam proximus fit, potentia autem actui proxima censetur esse in ipso actu

l. 1. §. 21. l. 18. §. 2. ff. de acqu. possess.

Imo terror armorum inducit discrimen vitae

Wesenbec. cons. 19. n. 48. Obrecht de defens. necessariâ c. 14. n. 60. & ibi alleg. Dd.

Secundum moderaminis inculpatæ tutelæ requisitum appellatur modus, & fundatur in propulsatione ad offensionem seu periculum mortis imminens proportionatâ

Nemesis Carol. art. 140. in verb.

& in vitae periculo constitutus sine læsione vitae & corporis, honoris & famæ suæ jacturâ commodè effugere abire, evitare periculum nequeat, tunc aggressor omnijure permittente vi contrariâ repelli, vulnerari, imò & occidi potest. Cum ergo casum nostrum & jura antecedentia juxta se invicem ponamus & examinemus plenius, manû quasi deprehendemus confestim Rochium dum lignum grande de currû suo desumpsit, & cum eo una cum Philippo per longum spatium itineris rediens juxta art. defens. 6. fol. 37. reum adortus fuit, illum in non minimum corporis ac vitae periculum coniecisse juxta art. defens. 8. test. 1. 2. & 3. fol. 39 in tantum, ut in ejusmodi ingenti periculo consilium ex arenâ capere, contra Rochium insurgere, inter-

currere, & ipsi lignum grande è manibus extor-
 quere coactus fuerit. Quid? quod cum ambo hoc
 grande lignum ei eripere rursus & auferre inten-
 derent, non injustè egit quod priusquam votis po-
 tiri potuerunt inter ambos sine intentione tamen u-
 num ex his occidendi percussit, ut ut cum eo Phi-
 lippus petitus fuerit. Ex quo iterum apparet, de-
 fensionem in hoc casu ad offensionem proportio-
 natam fuisse, quia vis eodem instrumento, quo illa-
 ta, repulsa fuit

*l. 3. §. 4. ff. de vi & vi armat. c. 35. de sent. ex-
 comm. Damhouder. P.C.c.76.n.14. Bocer.l.2.
 de duello c.10.n.55. Pegver. decis.78.n.28.*

Quod autem ictus tam malè ceciderit, id reo sanè
 non imputandum. Nam nisi tam illicito modo im-
 petitus & in periculo vitæ ac corporis positus fuis-
 set reus, defensionem penitus intermisisset. In pro-
 vocato autem non præsumitur dolus & animus oc-
 cidendi, aut mutilandi, vel vindictæ studium; sed
 potius defensionis necessitas. Et vulnera ad men-
 suram non dantur, nec provocatus stateram in ma-
 nu habere potest, ut non aliter offendat, quam ve-
 lit. Imò intenso dolore commotus non censetur
 habere plenitudinem intellectus quia instantis pe-
 riculi metus improvisus rectum iudicium tollit

*Bocer de duello c.10.n.40. Carer P.C.in §. circa
 quintum de excessu Carpz. P.C.p.1. qv.29.
 n.3. §.4. Wesenbec.p.1.cons.19 n.14. & seq.
 Theodor. Colleg. Crim. c.7. de homicidio n.
 35. aph.1.*

Ad quod nihil facit, si quis opponat fortè, quod
 reus

reus abire, fugere, & cedere debuerit, maximè quia longissima campi spatia ipsi aperta fuissent, quo sane ingruens periculum evitare penitus ac declinare potuisset. Si enim commodam quis fugiendi occasionem habet, fugam arripere debet

l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. clem. un. de homicid. volunt vel cas.

ex quibus textibus id conficitur, illum saltem vim vi repellere, & suum aggressorem occidere posse, qui imminente periculo vitæ non aliter, quam cum occisione aggressoris se subducere possit. Jam autem ille, qui commodè fugere potest, alio modo, quam cum occisione aggressoris se liberare à vitæ periculo ac tueri potest

per Ord. Crim. art 140. verb.

& aggressus commodè sine periculo aut læsione vitæ fugere nequit

& art. 142. circ. med.

porrò si excipiatur occisorem commodè & sine periculo vitæ & corporis cedere loco, & fugere potuisse,

Rhetius vol. 2. Disput. de jure necess. defens. c. 4. n. 12. & seqq. Gail. l. 2. O. 110. n. 15. & seqq. ibique Bernhard. Greven, Jul. Clar. § homicidium n. 32. & seqq. Damhouder. c. 76. n. 4. & seqq. Simon van Leeven l. 5. c. 11. de homicidio n. 5. p. 1.

Quia contra hanc objectionem præmonendum, reo à jumentis suis & currû ob custodiam non fuisse abeundum, & id multò minus, quia Röchius & Philippus, & quidem primus cum levato ligno coram stete-

steterunt, ut ita ratione circumstantiarum harum omni momento ab ingenti plagâ sibi timere necesse habuerit, â quâ per fugam commodè se liberare nequivit juxta art. defens. 8. & 9. fol. 38. & art. 11. fol. 39. Si autem fuga adduceret sibi periculum salutis, ut quia inimicus aggressor esset propè & fugiendo & terga vertendo posset de facili ab eo percuti, tunc non tenetur fugere; sed suam salutem tueri inquit Gomez

V. R. tom. 3. c. 3. de homicidio n. 23.

Sed ad tertium requisitum, quod moderamen inculpatæ tutelæ exigit, illud omnino in tempore fundamentum suum ponit, h. e. ut illud fiat incontinenti. Et quantumvis quidam Dd. dictionem incontinenti cum temperamento quodam & intervallo temporis, quod Judicis arbitrio committunt subinde, intelligi velint

Bellon. de his, quæ fiunt in continenti c. 6. n. 5.

Bertazoll. decis. l. 2. decis. 515. n. 11. Giurba conf. Crim. 86. n. 23. Struv. de Vind priv. c. 6. aph. 5. & ibi Dd.

Attamen ceterorum opinio communior certè ac verior, qui evincunt, quod defensio in continenti facta dicatur, quæ fit gliscente & durante ad huc rixâ vel aggressore non discedente ad extraneos actus

Rhet. d. l. n. 15. & 16.

propria enim dictionis in continenti natura est sine temporis intervallo

gl. c. quia propter verbum mox i. e. in continenti nullo actû intermedio etiam nec momentaneo interposito. Et unico verbo, incontinenti fieri dicitur, quod

25 50
quod fit in flagranti delicto, h. e. donec animus con-
tinuus duret

*Caballin. Crim. resol. cas. 189. n. 3. Joh. Strauch. in
Lexic. partic. in voce, in continenti. Tira-
quell. de revocat. donat. gl. revertatur. n. 112.
Giurba d. l. n. 4. & seqq.*

Quod exinde colligitur, quod aliquis in vitæ discri-
mine positus esse debeat, ut aggressorem impunè
interficere queat

*l. 2. verb. in dubio vitæ discrimine constitutus
C. ad l. Corn. de Sicar. art. 142. constit. Crim.
post pr. vers. aut actor in hoc casu, ibique
Dan. Clasen lit. c. & art. 140. in verb.*

Et aggressus commodè sine periculo vitæ & hono-
ris ac famæ jacturâ effugere nequit. Quia nimirum
ille, qui non durante adhuc rixâ & gliscente; sed
jam sedatâ istâ ac compositâ aggressorem occidit in
nullo neque corporis, neque vitæ periculo amplius
versatur & ita de eo dici omninò nequit, homicidium
cum moderamine inculpatae tutelæ perpetrâsse.
Nam qui ex intervallo illatam vim repellit; cogi-
tato ad ultionem id fecisse censetur

*per l. 45. ff. ad L. Aquil. Damhouder c. 76. n. 10.
Farinac. qv. 125. n. 338. Berlich. p. 4. concl.
13. n. 14. Rhet. d. l. n. 15. & 16. Giurba d. l.*

Imò quid est aliud se defendere necessario, quam
vim illatam vel adhuc impendentem, & vitæ peri-
culum, in quod invasus per aggressoris injustam in-
sultationem incidit, statim, ne ipsi vitâ & corpore
noceatur, vi contrariâ justâ repellere, cum subitâ il-
lâ invasione percussus & in præsentis discrimine con-

D

stitutus

stitutus nesciat aliter salutem suam tueri, atque ut invadentem occidat, nisi malit ipse perire. Certè ex ipsâ verborum significatione elucet propulsationem illatæ vel adhuc imminentis injuriæ & exclusionem periculi nonnisi in continenti fieri debere

Clasen. ad Ord. Crim. art. 142. lit. c. & ibi alleg. Dd.

Jam igitur si casum nostrum, quem manibus versamus, acie mentis perlustremus juxta & adjura antea præmissa tanquam ad lapidem Lydium reducamus invicem, non potest non fieri, quin in applicatione eorum ad factum præsens manu quasiprehendamus, quod durante adhuc invasione defensio simul ac propulsatio offensionis facta fuerit. Nam simulatque lignum grande ex Rochii manibus extortum fuit simulatque etiam reus invasores suos per ictum impositum prope currum suum à se propulsavit juxta depos. ad art. 12. test. 1. 2. 3. & 4. fol. 40. Quemadmodum ergò ex præcedentibus demonstratum ab undè atque ostensum fuit, reum moderamen inculpatæ tutelæ usurpasse: ita in tertiâ quæstione discutiendum potissimum erit, an reus Martino Philippo, qui ipsum offendit neutiqvam, cum ligno grandi plagam inferre potuerit. Ubi in principio videri posset, quasi reo hoc minimè facere licuisset, dum à Philippo nullo modo invasus fuisset, ut ita intuitû Philippi nulla offensio, quam à se arce-re opus habuisse, conspiciatur. Cum tamen omnis defensio & propulsatio præsupponat aliquam offensionem, & inter propulsationem & offensionem mutuus sit respectus & relatio; ita ut uno sublato meritò & alterum tollatur

Georg.

Georg. Obrecht. in tr. de necessar. defens. c. 11. n.
26. Carpz. P. C. p. 1. qv. 29. n. 51.

Et hæc quoque doctrina probatur

arg. l. 18. §. si injuria ff. de Injur.

Ubi Iustus Paulus ita respondet: si injuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, aut si quis putet, me Lucium Titium esse cum sim Cajus Sejus, prævalet, quod principale est, injuriam eum mihi facere velle. Nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quam sum & ideò actionem injuriarum habeo: Ex quo tale argumentum formo. Sicuti ad ordinariam legis Corneliæ pœnam cum maximè requiritur dolus ac animus occidendi

per l. 1. l. 7. ff. ad L. Corn. de sicar.

ita pariter, quando actio injuriarum locum obtinere debet, dolus & animus injuriandi ut prodat se ac ostendat necesse est. Jam autem ad instituendam actionem injuriarum sufficit, ut persona certa, v. g. Cajus Sejus injuriis sit affecta, quantumvis de cætero injurians Lucium Titium fuisse, quem injuriis proscidit, ratus fuerit. Nam injurians animum intendit eo, ut Lucio Titio injurias inferret, ideò ad recipiendam ordinariam pœnam legis Corneliæ satis esse potest, ut aliquis Cajum trucidaverit, ut ut in personâ errorem commiserit & putaverit omnino Titium fuisse, quem trucidavit. Causa per se jam patet. Nam quamvis existimaverit hunc Cajum, quem trucidavit, Titium fuisse; semel tamen ipsum interficere sibi proposuit, & ideò intuitu corporis hujus, quod præsentibus oculis respexit, animum occidendi habuit, quantumvis alterius corpus esse firmiter cre-

diderit, ac ea propter non potest non de homicidio teneri

Michael Frideric. Lederer tr. de jure belli priv. l. 2. c. 10. §. 7. & ibi alleg. Dd.

Cum quo consentit Nemesius Carolina
art. 140. in verb.

& si ita aggressorem interficit, pœnæ non est reus.
& in art. 142. circ. med. in verb.

istas à nobis commemoratas (& quæcunque aliæ in eam sententiam replicationes afferri ab accusatoribus possunt) is actor si contra reum vim illatam falso allegantem obtinere in judicio velit, ante omnia se eam qualitatē, quam hoc modo intendit, probare debere meminerit. Ex quo conjici potest, ut si homicida exceptione defensionis uti velit, ipsi probationem incumbere, se ab occiso invasum fuisse, quia verò e.g. Sempronius ab occiso Antonio non offensam passus fuit, ideòque exceptionem defensionis adeò non opponere, ut nec à pœnâ homicidii ordinariâ se liberare possit

Anton Matth. ei ad lib. 48. ff. de Sicar. tit. 5. c. 3. n. 12. Nicol. Boër. decis. 8. qv. 1. 2. Boss. de homicidio n. 73. Salicetus in l. 4. C. de serv. fugit. n. 49. Covarruvias in c. alma mater p. 1. relect. §. 10. n. 14. de sent. excommun. in 610. Gomez. t. 3. V. R. c. 3. n. 34. Molinaeus in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 30. qv. 41. n. 253. Volz. ad L. Corn. de Sicar. in appendice n. 10.

Siquidem hæc opinio tanquam communior, cum primis in Electoratû Saxonix recepta est

per Novell. Augusti 6. p. 4.

Qvic-

Quicquid vero de cætero sit, hæc opinio se saltem extendit eò, ut si v. g. Titius à Mevio telo lethali invasus fuisset, Titius autem spontaneo planè motû Cajum, quem pernosset, interficeret; longè aliter verò cum Titio comparatum esset, quando contra Mevium aggressorem suum moderamen inculpatæ tutelæ adhibere cogeretur, & tunc præter intentionem & animi cogitata proximè adstantem & intervenientem Cajum occideret, in quo casû pœna legis Corneilæ de Sicariis plane locum obtinere non posset. Nam qui insultatus se voluit defendere & casû fortuito alium, quam aggressorem veluti mediatorem pacis conservandæ causâ in rixâ intervenientem occidit, vel extraordinariè judicis arbitrio, vel planè non puniendus est, maxime si mortis periculum evadere non potuerit

*Jul. Clar. in P. C. §. homicidium n. 31. ibique Bajar-
dus n. 92. usque ad 96. Berlich. p. 4. concl.
10. n. 10. Farinac. qv. 125. n. 139 & seqq. Me-
noch. l. 2. A. J. Q. cent. 4. cas. 324. n. 9. & cas.
277. n. 3. Jac. Thoming. decis. 38. n. 30. Ant.
Matthæi ad lib. 48. ff. tit. 5. c. 3. n. 13.*

Quod pluribus ex Nemesi Carolinâ probatur
art. 145. in verb.

Si quis tertium illâc fortè iter facientem aut forte fortuna supervenientem, dum se justo moderamine defendit, punctim, cæsim, cominus eminus contra aggressorem pugnans occiderit, si modò fraus nulla intercesserit & vim facientem eâ ratione repellere aut impedire voluerit, à pœna excusatur, fatoque singulari potius, quam noxæ imputatur. Et hoc ex urgen-

tibus certè & prægnantibus rationibus, quia ille, qui se contra insultum adversarii injustum defendit æq; ac tuetur, in re licitâ versatur, & ita non ex proposito, sed casû vel imprudentiâ delinquit

Thoming. dictâ decis. 38. n. 23. Jodoc. Dambauderius P. C. c. 87. n. 6. & seq. Dan. Clasen ad art. 145. Carol. Const. n. 5.

Cùm & aliàs tantus provocationis vel datæ occasionis effectus, ut sit in potestate judicis mitigare pœnam ordinariam homicidæ, quem impulit iracundia & provocatio etiam aliundè, quàm ex facto offensi suborta

Jac. Schultes in loc. Commun. Vocab. provocatio cum ibi alleg. Dd.

Cum ergò hæc jura fundamento inexpugnabili sint subnixa; certè rei personæ tam benè conveniunt, ut melius convenire nequirent. Nam ex Actis patet, reum eo ipso, dum à Rochio, quem Philippus è vestigio insecutus fuit cum ligno grandi invaderetur, illud è manibus ipsius eripuisse, & inter ambos percutiens casû fortuito Philippum petiisse. Ut ut non dissimulare possimus, Philippum sine causâ Rochio cæteroquin thelo lethali armato succurrisse, eoq; ipso audaciorem reddidisse, & caput ipsummet periculo subjecisse. Quo adeo non titulum mediatoris obtinuit, ut aggressor & auxiliator sit censendus juxta art. defens. 6. & 7. 9. 10. & 11. fol. 37. 38. 39. Nam ad auxilium præstitum sufficit, ut aliquis fuerit præsens & adstiterit, ut habilis delictum committeret

Bertazoll. l. 2. cons. 516. n. 3. Giurba cons. Crim.

4. n. 3.

vel

vel si illius causâ audacior fieret delinquens

Jul. Clar. §. fin. qv. 90. ibique Bajardus n. 20. Paris cons. 164. n. 10. Vol. 4. Mascard. de probat. concl. 159. n. 1. & 6. Giurba d. l.

etiamsi arma nec ipse extraxerit, aut aliquid egerit
gl. in l. 2. §. & si quis ff. vi bonor. rapt. Alexander. cons. 98. Vol. 3. Mascard. d. concl. n. 5. Giurba d. l.

Quin & in dubio etiam is, qui interfectus est, præsumitur inuasor, provocator & autor sui infortunii fuisse

Wesenbec. cons. 19. n. 14.

Adde & hoc, quod damnum quod quis sentit suâ culpâ sibi non aliis imputare debeat

c. 86. & ibi Peck de R. I. in 6to.

Cum is damnum non sentire videatur, qui ex suâ culpâ damnum sentit

l. 203. ff. de R. I. Tabor in thesauro. locuplet. l. 4. c. 1. ax. 2.

ideò de sequeri debet, quod se in tantas angustias præcipitaverit

l. 11. ibi. de sequeri debet ff. ad L. Aquil. l. fin. ibi nam ego inculpa ero ff. commod.

Siquidem à parte rei hoc homicidium pro planè casuali æstimandum est, in primis, quia juris aperti est: Sij in rixâ quis ex improvise interveniens occisus fuerit, pro homicida non habeatur & sic intelligenda est

l. 1. §. 3. ff. ad. L. Corn. de Sicar.

juxta interpretationem Magnifici Domini Johannis Schilteri

Exercit. Theoret. Pract. ad ff. lib. 49. h. t. §. 122.

quia

quia ea, quæ ex improvise, casu potius, quàm fraude accidunt, tato plerumque non noxæ imputantur

Schilter d.l. §. 124. ibique præjudicium

Percussor enim nec percutere, nec occidere intervenientem voluit. Et licet Judex inquirens juxta tenorem art. 32. inquis. ita contra reum interrogationem suam formaverit, an durum hunc ietum cum ligno grandi Philippo eo fine inflixisset, ut exinde moreretur, reus tamen respondit, quod hoc sibi nunquam in mentem venerit. Quin & Judex nullo modo id probare potuit. Si reus autem negat, se dolo malo occidisse, tunc tenetur accusator vel Judex inquirens probare homicidium dolo commissum. Non probante verò accusatore vel inquirente iudice reus absolvitur

Struv. de vind. priv. c. 4. aph. 8. n. 2. pag. 46. Theodor. Colleg. Crim. c. 7. de homicidio num. 11. aph. 1.

quia præsumptio & conjectura pro reo semper habetur firmior & potentior illa, quæ est pro actore vel fisco

Reusner l. 3. c. 17. n. 18.

Nec infringitur hæc doctrina, quod contra homicidas, quia homicidium est de genere illicitorum, præsumatur, quod dolo malo commissum sit

Theodor. d.l. n. 12.

Et quod in delictis puniendis sufficiat dolus in genere

Farinac. qu. 87. n. 57. Carpz. p. 1. qu. 1. n. 30. ibiq; Dd.

Quia per supra deducta præsumptiones hæ legis per

§ 33 50

per contrarias satis eliduntur, & juris clari est, quod
contra dolum præsumptum contraria probatio præ-
sumptiva recipiatur

Berlich. p. 4. concl. 14. n. 17.

Et si ex fugâ contra reum indicium concipiendum
esset, quo gravari quodammodo ac onerari posset,
nec hoc profectò ipsi præjudicium afferret; Si qui-
dem abire quis, & fugâ salutem suam petere potest,
etsi innocens sit, & quidem haud paucis de causis ve-
luti ex justo timore, vel suspitione vehementis accu-
sationis, vel inquisitionis institutæ, aut etiam futuræ
inductus, aut si quis per alios compertum habeat,
quod mox in vincula conjiciendus sit, aut falsos te-
stes veritus fugæ se dedat, quæ omnia hoc casû reo
perpetienda fuissent, maximè quia Judex paganus
cum Scabinis cum vinculis pariter ac compedibus in
villâ ipsius paratus steterit jam tum, & ex infidiis
cum ipso agere, illumque ob torto collo ad judicium
trahere voluerit; Rochius etiam reapse sicuti veritus
fuit, falsum testimonium adversus ipsum perhibuit,
qui sanè metus veniam mereri debet

Zanger. de qq. & tort. c. 2. n. 87. Ern. Cothm.

Vol. 1. resp. 12. n. 190. & seqq. Carpz. p. 3. qu.

120. n. 67. & seqq.

Neque enim tam fugam, quàm animum fugientis
inspicere debemus

l. 17. §. 1. & 2. ff. de edil. Edict.

& condonandum est ei, qui sanguinem suum redi-
mere vult, quomodocunque poterit,

l. 1. ff. de bon. cor. qui ante sent.

Quin & fatuus videretur, qui se periculo exponeret;

E

& po-

§ 34 §

& potius ex carcere causam dicere, suamque innocentiam probare mallet

Hippol. de Marsil. ad rubric. C. de probat. n. 259.

Boer decis. 215. n. 29. And. Gail. 2. O. 109. n.

6. & seqq.

Quâ occasione etiam in proverbium abiit: Satius esse extra carcerem, quàm in carcere versari; proverbia autem in decidendis controversiis & dirimendis in medium produci & pro intentione suâ stabiliendâ allegari posse nos docent æque ac confirmant Imperatores divi Severus nempe & Antoninus

in l. 6. §. 3. ff. de offic. procons.

Quod in tantum veritate nititur, ut etiam rusticorum proverbium recensere non dubitet Proculus apud Celsum

in l. 79. §. 1. ff. de leg. 3. Godofred. ibid. lit. n.

Multò minus inde indicium capiendum est, quando Dominus Judex ad art. 7, inquis. reum interrogat, an cum Rochio & Philippo inimicitiam aluerit quondam, dum id tam reus, quàm Rochius ipse ad d. art. 7. constantissime negat, & in hoc casû nullig inimicitiae præcedentis ratio haberi potest, quando apparet homicidium ex rixâ inopinatâ secutum fuisse

Blancus ad l. fin. ff. de question. n. 89. & seqq.

Malvas. cons. 70. n. 9.

imò non ex inimicitia; sed ex culpâ occisi id evenisse tradit Surdus

cons. 40. n. 28. Giurba cons. 17. n. 23.

Mirum in modum autem reum adjuvabit & ad tuendam ipsius innocentiam proderit, quod à primo infantiae habitû usque ad hanc statam ætatem, piæ, mode-

modestæ, moderatæ & pacificæ vitæ operam navaverit & contra pravas & illicitas actiones se obfirmaverit semper, ne honestos homines dolore afficeret juxta depos. ad art. defens. 19, fol. 43. Si verò reus vir bonus & semper honestè se gesserit, nec litem vel civilem vel criminalem unquam habuerit, æquum est, ut boni nominis sinceritas bono sit patrocinio. Si enim bonus antea æstimatus fuit, prope est, ut affirmationi ejus credatur ait Arius Menander

in l. 5. §. 6. ff. de re milit. l. 3. §. 12. ff. eod. Cicero pro A. Cluentio §. 70. Ord. Crim. Carol. art. 143. ibique Clasen sub. lit. a.

Nam perinde est opinio de cuiusq; moribus ita quid ab eo factum & non factum sit existimari potest, quemadmodum in ejusmodi casibus Jcti celebres, hanc doctrinam allegare non erubuerunt,

Damhouder. P. C. c. 76. n. 29. & seqq. Bocer. de duello c. 10. n. 94. Franc. Sarmiento 1. Select. interpret. c. 1. n. 11. Honded. conf. 104. n. 36. Vol. 1.

Imò pro diligenti agricolâ, qualis noster est, præsumptio innocentia militat.

l. 3. C. de defens. civit. Alex. Reg. 3. præsumpt. 4. Bouricius in captivo c. 1. c. 15. pag. 61.

E contra non minimum rei innocentia argumentum præbet, quando insimul in animum revocatur & mente volvitur, quàm homo rixosus pariter & temerator pacis Rochius sit juxta art. defens. 19. test. 2. & 3. fol. 43. Cum qui suâ naturâ litigiosus & rixas excitare atqve contentiones movere odiosus solitus fuit, præsumatur aggressor & alius ad defensionem fecisse. Nam consuetudo rixosi attenditur

Jodoc. Damhouder. P.C.c. 76. n. 23. Honded. conf.

99. n. 24. Carpz. p. 1. qv. 33. n. 51.

Neque silentio prætereundum est, quod concurren-
tibus duabus præsumptionibus, quarum altera est de-
licti inclusiva, altera exclusiva, præteratur illa, quæ
delictum excludit

Bouricius in captivo c. 1. c. 8. pag. 59. & ibi Dd.

Præterea nulla causa adfuisse, cur reus cum ligno
grandi percuteret, nisi in præsentis vitæ periculo con-
stitutus fuisset, à quo se non aliter nisi per ictum li-
berare potuit, cum primis quia reum Rochius &
Philippus usque ad currum ipsius, ubi plagam Phi-
lippus accepit, persecuti sunt juxta art. II. fol. 39. &
40. Planè autem nulla causa apparens facit etiam
non modo non præsumi delictum; sed etiam alias
probariones elidi

Bertazoll. conf. crim. 556. n. 19. l. 2.

Et nemo gratis malus est

Oswald. Hilliger ad Donell. enucleat. l. 27. c. 7. lit.

D. Nemesis Carol. art. 143. ibique Clasen sub

Z. Remus in paraphrasi ibid.

Unde in delictis non tam finis & exitus, quam prin-
cipium spectare oportet

per l. 6. C. ad l. Jul. de vi publ. Clasen. ad Ordin.

Crim. art. 142. n. 2.

A quo quippe omnis progressus defensionis & even-
tus æstimari solet

Volz. in Comment. ad L. Corn. de Sicar. c. 7. n. 170.

ideoque & cardo totius necessariæ defensionis con-
sistit in probatione principii, quis initio operam de-
derit rei illicitæ

Gail.



Gail. l. 1. de P. P. c. 16. n. 17.

Quo etiam tertia quæstio enucleata satis & decisa erit, ut denique ad quartam progrediendum sit, an scilicet reus pro renatâ vitâ aut corpore puniri possit, aut an non potius mitior ipsi & pœna pecuniaria sit imponenda. Quod verò neque corpore aut vitâ puniendus sit reus, in præmissis tribus quæstionibus profectò abundè demonstratum erit, quia tam corpus delicti ratione homicidii incusati deficit, quam in proparulo est, quod reus contra Rochii vim intentatam defensione necessariâ tueri se ac liberare necesse habuerit. Nam quamvis in Philip-pum ictus ceciderit, sibimet ipsi tamen hanc vulne-rationem & mox insecutam mortem imputet, utpote cui cum totâ hâc lite nihil negotii fuit, Rochius etiam contra inermem reum armis undiquaq; sufficientibus instructus fuerit, siquidem per jura supra deducta satis ostensum fuit, reum neque vitâ neque corpore puniendum. Quibus accedit, quod in ejusmodi casû & circumstantiis obvenientibus etiam excessus attendi non debeat. Nam si occisor ex improvise accenso calore iracundiæ cum se â manibus inuasoris vindicâisset & proripuisset, moderamen quoque excessisset, non tamen ullâ pœnâ, ne quidem arbitrariâ plecti posset

Affilius in c. 1. §. in gl. in verb. capitalem tit. de pace tenendâ n. 3. vers. hoc tamen fallit, Bazard, in addit. ad Jul. Clar. §. homicidium n. 115. & seqq.

Maximè si quis casû fortuito modum excessit

Farinac. qu. 125. n. 337. ibi & propterea excedi-

E 3.

117

tur. Berlich. p. 4. concl. 18. n. 10. & seqq. Carpz. p. 1. qv. 29. n. 54. & p. 4. c. 6. d. 4. & p. 1. qv. 5. n. 35. Anton. Matthai lib. 48. ff. t. 5. c. 3. n. 13. Menoch. A. J. Q. l. 2. c. 4. c. 324. n. 9.

Cum defensio usque adeo sit licita, ut presbyter si celebrando missam fuerit ab aliquo armis insultatus, possit aggressorem occidere, & deinde non obstante homicidio ad inchoatam missæ celebrationem perficiendam redire

Berlich. p. 4. c. 12. de necess. defens. n. 15. & ibi Dd. alleg.

Judex autem in dubio facilius ad absolvendum, quam ad damnandum esse debeat

l. 5. ff. de pœn. l. 1. ff. de bon. eor. qui mort. sibi consciv. 2. Feud. 28. §. adhæc.

& semper cogitet æquitatem sibi servandum

Hippol. à Marsil. in P. C. §. diligenter n. 28. Günther Thülemarius in homicidâ excusato c. 25. n. 31.

Quin imò si Dn. Scabinorum animis obversaretur ad huc, testes pro defensione rei examinatos non esse omni exceptione majores; contra tamen & illud secum reputandum est, quod ubi agitur pro sanguine ad liberationem, tunc pro ejus innocentia probanda, sufficiant probationes imperfectæ

Gail. 1. de P. P. c. 15. n. 21. Hippol de Marsil. sing. 19. n. 4.

Et quod ad defensionem probandam testes alias minus idonei admittantur, ut sunt domestici & consanguinei, frater pro fratre, uxor pro marito, affinis pro affine, civitas pro cive, & Dominus pro subdito

Nicol.

Nicol. Boër. decis. 165. n. 7. Gail. l. 2. de P.P. c. 16. n. 22. Bocer. l. 2. de duello c. 10. n. 81. Farinac. qv. 125. n. 423. Theodor. in Colleg. Crim. disp. fin. aph. 6. lit. c. n. 11.

Nec non testes de credulitate deponentes, qui dicunt se existimare vel credere homicidium ad defensionem factum esse, cum non aliter, quam per credulitatem deponere queant

Bocer. d. l. n. 82. Gail. d. c. 16. n. 22.

Eapropter reus innocentiae suae innixus spem juxta ac fiduciam concipit, Dominos Scabinos rei defensionem ipsos suppleturos, & nisi ab instituta inquisitione penitus, tamen cum parvae pecuniariae poenae impositione absoluturos. Siquidem ut respondeatur ita ac pronuncietur, enixè rogat & petit, & in nomine Dei omnipotentis se gratæ ac absolutoriae sententiae submittit

Christianus Angermannus.

Unser freundlich Dienst zuvorn / Ehrenvester / Wohlgelahrter / günstiger guter Freund.

Wels ihr uns zwey Churfürstl. Sächsische gnädigste Befehle in originali, und was Christian Angermann / der ältere / wegen seines flüchtigen Sohnes gleiches Namens in Schrifften unterthänigst gesucht / zusambt den ergangenen Acten und einer Frage zugeschicket / und euch des Rechts darüber zu be-



zubelernen gebethen habt / demnach sprechen wir Churfürstliche Sächsische Schöppen zu Leipzig darauff vor Recht: Daraus so viel zu befinden / daß Christian Angermann / daferne Er nochmahls über allen angewendeten Fleiß nicht zu erlangen / das gebethene Freye sicher Geleite gegen Bestellung eines Vorstandes auf 200. Thlr. hoch mit zutheilen: Wann nun Martin Koch über gewisse Articul eidlich vernommen worden; Inmassen billig geschiehet / so ergeheth darauff in der Sachen ferner was Recht ist. **B. R. W.**
zu Urkund ic.

Churfürstl. Sächs. Schöppen
zu Leipzig.

^{all}
Ambtmann zu Dresden
Johann Sigmund Leiffert.

Mense Jan. 1689.

Unser freundlich Dienst zuvorn / Ehrenvester /
Wohlgelahrter / günstiger guter Freund.

NEs Ihr Uns des Medici und der Wundärzte Bericht / verfaßte Inquisitional-Articul, Christian Angermanns des Jüngern darauff gethane Antwort / zweyer vermittelst Endes abgehörten Zeugen Aussage / und angestellte Confrontation, so wohl was ermeldter Angermann zu seiner Defension in Schrifften übergeben / zusambt denen sonst ergangenen Acten und einer Frage zugeschickt / und euch des Rechts darüber zu belernen gebethen habt; Demnach sprechen wir Churfürstl. Sächs. Schöppen
zu Leipz

zu Leipzig darauff vor Recht/ Daraus so viel zu be-
 finden/ daß Christian Angermann nach scharffer Ver-
 warnung vor der schweren Straffe des Meinen des/
 dabey auch ein geistlicher zugebrauchen/ sich vermittelst
 Eynes zu reinigen/ und daß er bey der / jüngsthin im
 Monat Decembr. auff der Strassen entstandenen
 Schlägeren Martin Kochen eher nicht/ als biß dieser
 ihn einen Hundsfutt geheissen/ mit der Peitsche ge-
 schlagen/ ermeldter Koch auch/ nebenst dem entleibten
 Martin Philippen auff ihn zugelauffen kommen/ und
 er nicht gemercket/ daß der Letztere/ zwischen ihm Inqui-
 siten und Kochen Friede machen wollen/ sondern er
 nicht anders vermuthet/ als daß derselbe Kochen bey-
 stehen wollen / dann er Kochen die Zunge aus der
 Hand zu dem Ende gerissen/ daß er sicher vor ihm seyn
 wollen/ und damit dem Entleibten nicht mit Fleisse/
 auch aus keiner andern Ursache/ als daß er vermeinet/
 daß er in Gefahr sey/ geschlagen/ also damit sich nur zu
 wehren/ und die beyden Andern von sich abzuhalten ge-
 suchet/ zu schwehren schuldig/ er thue nun solches oder
 nicht/ so ergeheth nichts desto weniger seiner Bestrafung
 halber oder sonsten ferner was recht ist; Im übrigen
 will von nöthen seyn/ daß auch Martin Koch über ge-
 wisse Inquisitional-Articul vernommen/ und da nö-
 thig/ mit denen abgehörten Defensional-Zeugen con-
 frontiret werde/ ergeheth darauff seiner Person halber
 gleichfals was Recht ist. B. R. W. zu Uhrkund 2c.

Churfürstl. Sächs. Schöppen
 zu Leipzig.

In
 Amptmann zu Dresden
 Joh. Sigism. Leister.

M. Maji 1689,

U

Unser

42 50

Unser freundlich Dienst zuvorn/ Ehrenvester?
Wohlgelahrter günstiger guter Freund.

NEs ihr uns fernerweit ergangene Churfürstl.
Sächs. gnädigste befehlliche in originali, notul ge-
leisteten Eydes sambt andern Registraturen
und vorigen wider Christian Angermannen ergange-
ne Inquisition Acten beneben einer Frage zugeschickt
und euch des Rechten darüber zubelernen gebeten habt.
Demnach sprechen wir Churf. S. Schöppen zu Leipzig
vor Recht. Dieweil letztgedachter Inquisit inhalts un-
sers vorigen Urteils sich vermittelst Eydes gereiniget/und
daß er bey der/ im Monat Decembr. des 1688. Jahres
auff der Strassen entstandenen Schlägeren Martin Ro-
chen eher nicht/ als biß dieser ihn einen Hundsfutt gebei-
sen/ mit der Peitsche geschlagen/ ermeldter Roch auch ne-
ben den entleibten Martin Philippen auff ihn zugelauf-
fen können/ und er nicht vermercket/ daß dieser zwischen
ihm und Rothen Friede machen wollen/ sondern er nicht
anders vermuthet/ als das Phil. Rothen beystehen wol-
len/ daß er Rothen die Rünge aus der Hand zu dem En-
de gerissen/ daß er sicher vor ihm seyn wollen/ und damit
nachdem Entleibten nicht mit Fleiß/ auch aus keiner an-
dern Ursache/ als daß er vermeinet/ daß er in Gefahr sey/
geschlagen/ also/ damit sich nur zu wehren und die beyden
andern von ihm abzuhalten gesucht/ geschworen. So
mag er zwar wegen der am M. Philippen begangenen
Entleibung/ am Leib oder Leben nicht bestraffet werden/
er wird aber nichts destoweniger/ des dießfalls begange-
nen Excessus halber/ 6. Jahr lang/ des Landes billig
verwiesen / so wohl zu Erstattung der dießfalls verur-
sachten Unkosten auff Richterliche Ermässigung ange-
halten; B. R. W. Zu Uhrkund 2c.

Churf. S. Schöppen zu Leipzig.

An
Antm. zu Dresd. Joh. Sigism. Leißern. M. Jun. 1689. Ulterior

ULTERIOR
DEDUCTIO
INNOCENTIÆ

in Causâ

CHRISTIANI
ANGERMANNI,

in puncto homicidii circa adhibi-
tum moderamen inculpatæ tutelæ perpetrati ab
eodem aurore proposita, cui annexa est sententia
ultima in Facultate Juridicâ Lipsiensi
pronunciata.

F 2

DEO





DEO DUCE.

IN causa contra Christianum Angerman-
num per modum inquisitionis peractâ non
ita pridem in Scabinatu Lipsiensi ulterius
pronunciata est sententia hujus tenoris:

Cum jam dictus reus juxta tenorem nostræ prio-
ris sententiæ præstito juramento se purgavit,
& ipsum mense Decembris 1688. exortâ in
itinere pugnâ Martinum Rochium non prius
quàm hic ipsum nebulonem nominaverit,
cum scuticâ percussisse, memoratum Ro-
chium etiam unâ cum occiso Martino Philip-
po ipsum invasisse, & se non præsumpsisse,
quod hic inter ipsum & Rochium litem com-
ponere voluerit; sed non aliter sibi persva-
serit, quam Martinum Philippum Rochio as-
sistere voluisse; deinde quod Rochio lignum
grande eâ intentione è manû extorserit, ut
securus ab ipso esse voluerit, & cum eo occi-
sum non animo occidendi, nec ex alia causâ,
nisi quod crediderit, se in periculo constitu-
um esse percussisset, adeoque cum illo saltem
se defendere, & illos ambos à se arcere inten-
derit, per juramentum obtinuit; ea propter
quidem ob perpetratum in Martino Philippo
homicidium, neque corpore neque vitâ pu-
niendus

niendus; nihilominus tamen ob commissum excessum usq; ad sex annorum spatium relegandus merito, & insimul ad refusionem nem expensarum præviâ liquidatione & judiciali moderatione compellendus esset.

Quemadmodum ergò hæc sententia in tantum approbatur; in quantum pro reo facit: ita innititur hic spei certæ, ipsum jam à Collegio Sapientum (postquam ad preces supplices secundam defensionem impetravit & eandem hoc scripto proponere decrevit) in sententiando mitiora vota consecuturum, ut si non ab inquisitione penitus; certè tamen ultra impositionem parvæ multæ non sit gravandus: quando quidem hoc sine à prudentissimis iudicibus humillimè petit, ut prima Defensio verbotenus hoc loci repetita pressius paulò ponderetur. Nam status causæ (ut breviter dicam) talis est. Cum Christianus Angermannus pago (qui dicitur Weiffig) oriundus, cum currû, quem duo jumenta traxerunt, decimo die Decembris anni præteriti 1688. Dresdâ Serenissimi Electoris sede tenderet domum, in sabulo ad pontem Priesniz appellatum venerunt duo vacui currus Martini Rochii & Martini Philippi, qui Angermanni currum cursû superare immane quantum laborârunt; sed inter præcurrentem contigit, ut Rochius ut ut via satis ampla transcurrendi ipsi patuerit, ex merâ lasciviâ, uti testes jurati deponunt, cum currû rei jumenta turbaverit, & unum de his cum axe currus posteriori aliquantum læserit, ita, ut reus in viâ moram passus ex calore animi in hæc verba prorumperet: ô scurra cur in ipsa jumenta

currum agis! id quod Rochium confestim tam male habuit, ut reum nebulonem appellaverit, & aliis injuriis prosciderit. Angermannus autem cui illico præter illatas hæc injurias malitia Rochii, eò quod ipsi tam perulanter jumenta turbaverit, & unum de his læserit, in mentem venit, cum scuticâ unicâ saltem vice Rochium percussit? Et quantumvis hic per spatium jugeri juxta fol. 37. & 38. ad art. 5. 6. 7. cum currû perrexerit, nondum tamen acquievit; sed lignum grande de currû suo extraxit, & ambabus manibus in alto quasi pulsaturus illud tenens per longum itineris spatium rediit, quem è vestigio secutus est Philippus, Rochio succursurus juxta fol. 37. ut ita Angermannus hos aggressores reformidans, salutis suæ causa, & ut sibi ab ictû jam imminente præcaveret, usque ad posticam partem currus se retrahere, consilium in arenâ capere, Rochium intercurrere non tantum; sed & ipsi lignum grande è manibus extorquere coactus fuerit. Et quamvis reus lignum grande jam eripuerit & recesserit quoque ulterius; attamen Rochius & Philippus ab impetû non cessarunt, dum ipsum corripere, & lignum rursus ex manibus ejus extorquere annexi sunt, ut igitur, quia tam velociter sine corporis periculo in fugam se dare nequivit, expediendæ salutis causa cum illo inter ambos percutiendum sibi fuerit. Quo factum, ut præter intentionem & planè casû fortuito Philippus vulneratus fuerit, qui etiam deinceps, quia ipsi Medici & Chirurghi operâ tam subito succurri non licuit, ex vulnere accepto animam exhalavit. Ex quo casu jam constare potest Rochii & Philippi offensio-

nem

nem, quæ tum à proterva, & adeò damnosa incur-
 sione, nec non illatis pariter injuriis atrocibus, tum
 denuò insecuta invasione cum ligno grandi profecta
 fuit, summè illicitam fuisse, nec Angermannum in-
 justè fecisse, quod vim injustam, quæ periculum vi-
 tæ ipsi creavit, à se propulsaverit, dum in continenti
 se defenderit, & ita tria requisita moderaminis in-
 culpatæ tutelæ, causam scilicet, modum, & tempus
 præcisè observaverit. Jam verò evincunt Dd. quod
 ubicunqve offensio est illicita, ibi defensio est licita,
 quæ regula eò magis locum invenire debet, quando
 (sicuti hòc loci cum armis lethalibus factum est)
 præsentissimum corporis juxta ac vitæ periculum,
 quod per fugam declinari nequid, impendet. Quo-
 modo ergò reus, si nullum delictum commiserit, tam
 severè (ultra jam solutas expensas processus) scilicet
 relegatione in sex annos puniri poterit? Et utinam
 Domini Scabini Lipsienses, quem referunt, excessum,
 in quo consisteret, in sententia expressissent verbis,
 jam demonstrari posset, quod inter illum & pœnam
 dictatam nulla sit proportio. Nam perspicendum
 judicanti est, ne quid aut durius, aut remissius statuatur,
 quam causa deposcit; sed etiam in gravioribus causis
 severitatem legum cum aliquo temperamento beni-
 gnitatis mitigare debet

l. 11. pr. ff. de pœn. Carpz. p. 3. qu. 142. n. 28. & 29.

Adde & hoc, quod nulla intentio delinquendi, quæ
 tamen quam maximè in criminibus attendi debet

per d. l. 11. §. 2. de pœn.

in reo appareat. Hincqve adeò Dd. probatissimi
 statuunt, quod insultatus si se voluit defendere & ca-

su

su fortuito alium, quam aggressorem veluti media-
torem pacis conservandæ causa in rixa intervenien-
tem occidat, vel extraordinariè judicis arbitrio, vel
planè non puniendus sit, maximè, si (ut hic) mortis
periculum evadere non potuerit

*Jul. Clar. in P. C. §. homicidium n. 31. ibique Ba-
gard. n. 92. usque ad 96. Berlich. p. 4. concl.
10. n. 10. Farinac. qv. 125. n. 139. & seqq. Me-
noch. l. 2. A. J. Q. cas. 324. n. 9. & cas. 277.
n. 3. Thoming. decis. 38. n. 30. Anton. Matthæi
ad l. 48. ff. tit. 5. c. 3. n. 13. Nemesis Carol. art.
145. ibique Dan. Clasen n. 5. Carpz. p. 1. qv.
5. n. 35. & p. 1. qv. 29. n. 54. & p. 1. c. 6. d. 4.
ibique præjudicia.*

Nec credo fore quenquam, qui ambigat, an mortis
periculum adfuerit præsens, cum aliquis cum ligno
grandi, quod alter ambabus manibus ad ictum planè
paratum jam tum in alto tenuit, violento modo in-
vadatur? Nec ad rem facit, si quis tortè opponat, li-
gnum tam grande inter arma lethalia non referri,
dum quidam Dd. in ea versantur opinione, quod fu-
stis, fudes, & lignum non sint arma ad occidendum
apta

*Theodoric. in Colleg. Crim. c. 7. de homicidio aph.
1. n. 31. Anton. Matthæi ad l. 48. ff. de sicar. c.
3. n. 15. Tabor. de indic. delict. in analysi ad
art. 34. ordin. Carol. n. 47. p. 544. Vol. 2. edit.
noviss.*

tamen aliorum opinio verior certè ac tutior est, qui
statuunt contrarium, lignum nempe grande armis
lethalibus omnino accenseri, quod Theodoricus

d. l. n. 33.

de

de ligno vel alio instrumento per se gravi & valido
 æque affirmat, cum primis si modus percutiendi a-
 trociter accedat. Armorum enim appellatione com-
 prehendantur omnia tela, ut fustes, lapides, non so-
 lum gladii hastæ & frameæ

*l. 3. §. armis dejectum ff. de vi & vi
 arm.*

Et armatos non eos tantum accipere debemus, qui
 tela habuerint; sed & eos, qui habent aliquid, quod no-
 cere potest

l. armatos ff. ad l. Jul. de vi publ.

Et Ictus Cæjus armorum appellatione non tantum
 scuta, gladios & galeas significat; sed & fustes &
 lapides

*in l. armorum ff. de V. S. ibiq; Joh. Gæddæus n.
 II. Carpz. 1. qv. 3. n. 6. Joh. Harprecht ad
 Instit. §. 8. n. 5. de publ. judic.*

Jam verò nemo tam vitæ negligens ac prodigus qua-
 si erit, ut ab alio, quem per defensionem à corpore
 & vitâ arcere potest, occidi se & trucidari permit-
 tat. Cum qui defensionem sui omittit, dolum
 perpetrare censeatur, alterius verò culpam susti-
 neat.

*Bald. cons. 3. Tabor. in Armamentario Justinian.
 §. 10. pag. 471.*

Et si exindè fortè excessus quidam reo imputare-
 tur, quod factò à Rochio præcursû lascivo & illatâ
 etiam injuriâ verbali non ita celeriter cum scuticâ
 percutere debuisset, tamen causa satis prægnans ipsi
 data fuit, dum nemo damnum & injuriam simul si-

G

biilla.

50 50 50
bi illatam tam facile concoquit, cum primis cum
(ut hic evenit) iudex in itinere illico adiri & implo-
rari non potuerit: è contra levis percussio cum scu-
tica in pileo non sufficientem causam præbuit, cur
Rochius & potissimum Philippus, qui tamen cum
hac lite nihil negotii habuit, Angermannum sedatam
jam istam & composita persequi debuerit. Et
si quæ forte culpa quædam levissima circa hoc
factum, quæ tamen nec intelligi nec affirma-
ri potest, adhuc commissa sit, tamen tam dura in-
sententia dictata pœna non locum obtineret. De
cetero circa hoc factum adhibitum moderamen in-
culpatae tutelæ cum in primâ defensione per testes,
tùm maximè per rei præstitum juramentum pur-
gatorium satis abundè demonstratum ac probatum
est. Ut taceam quod præter hæc juris sit notissimi:
quod si occisor ex improvviso accenso calore iracun-
diæ cum se à manibus inuasoris vindicasset, modera-
men quoque excessisset, non tamen ulla pœna, ne
quidem arbitraria plecti posset.

*Berlich. p. 4. conel. 10. n. 19. & seqq. cum ibi al-
legat. Dd. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. §.
homicidium n. 115. & seqq.*

Cum primis si quis casu fortuito modum exces-
sit.

*Felin. in. c. significasti. 18. X. de homicidio n. 14.
vers. secundo. Prosper Farinac. qu. 125. n.
337. ibi & propterea si exceditur*

Et aggressus (ut hic) sit debiliore aggressore

*Ludovic. Carer. in P. C. tr. de homicid. assassin.
§. 6. n. 150.*

Est

Est autem præsumptio juris, quod insultans Rochius fuerit fortior Angermanno, eò quod auxiliatorem Philippum secum habuerit, & ille solus & sine armis fuerit

Thomas Metzger cons. Crim. 3. p. 74. circa fin.
 Porro defendit reum vel id, quod honestè semper & pacificè se gesserit, de quo, nisi omnia in aprico essent, vel mille testes produci & examinari possent: contra Rochius (quemadmodum Domini Scabini Lipsienses in sententia fol. 77. ipsimet testantur, dum illi tanquam falso Denunciatori & testi perjuro inquisitionem dictaverunt) totam hanc rixam incepit & ipse solus ansam dedit, ut hoc homicidium planè fortuitum perpetratum fuerit. Dans autem operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod sequitur præter illius intentionem & voluntatem, si nimirum (ut hîc) causa sit ordinata & tendat ad subsecutum delictum, ita quod delicti autor verisimiliter aut cogitavit vel cogitare potuit, aut saltem cogitare debebat de eo, quod facile inde successurum erat

*l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. ibique Joh. Brun-
 nemann. Gail. l. 2. O. 110. n. 38. Carp. p. 1.
 qu. 1. n. 29.*

Sicut & qui proposuit mittere incendium in una domo & immisit, si ex dicto incendio aliæ fuerint combustæ domus, tenetur immittens de omnibus, quia verisimiliter incendium tendebat ad comburendas vicinas ædes

*l. 1. §. ex incendio ff. de incend. ruin. naufrag. Fa-
 rinac p. 5. qu. 126. n. 77.*

G 2

Qvæ

Quæ opinio etiã inde corroboratur, quia testes de Rochio deponunt, quod sæpius rixas excitare consueverit: Et præterea quoque statuunt Dd. quod ille, qui haud rarò lites & rixas commovere solet, autor rixæ & provocator fit censendus. Nec is qui per iram aliquid facit; sed qui alium ad iram provocat, princeps & principium dicitur injuriæ

Brunnemann, adl. 52. ff. ad L. Aquil. n. 5. Pruckmann. cons. 22. Carpz. p. 4. c. 9. d. 4. David. Doring in Bibliothecâ Juridica sub vocab. aggressor.

Quo accedit, quod Rochius in damno præcursu non acquieverit; sed reum insuper verbis contumeliosis affecerit & cum ligno grandi per longum viæ spatium rediens invaserit, in quo casu Farinacius

de homicidio qu. 125. n. 505. & 508.

concludit: quod provocator sit, à quo incipit malitia, & qui prius incipit verbis contumeliosis

Thomas Metzger cons. Crim. 8. pag. 125.

Quid? quod Philippus infortunium hoc sibi imputet, quia causa non adfuit urgens, cur Rochio alioquin armato contra plane inermem reum adstiterit. Cum ergò ex hac deductione innocentia rei satis luculenter eluceat, & Judex (sicuti supra monitum fuit) pronior in absolvendo, quam condemnando esse debeat: itaque à prudentissimis Dominis Judicibus (ea quæ par est) humilitate ille petit, ut pronuncietur jam sententia, quæ ipsum aut absolvat à crimine penitus, aut loco pœnæ relegationis in sex annos mulctam modicam ad pios usus con-



53
convertendam imponat. Hoc & quicquid commo-
dissime, pro qualitate hujus causæ rogari potest, sub-
jicit reus Judicis arbitrio exoptatam sententiam o-
mnino expectaturus

Christianus Angermannus.

Unser freundlich Dienst zuvorn / Eh-
renvester und Wohlgelahrter / günstiger
guter Freund /


WES ihr uns / was Christian An-
germann zu seiner Defension
in Schrifften übergeben / sambt
vorigen wider denselben ergangenen
Inquisition Actis und einer Frage zu-
geschicket / und euch des Rechts dar-
über zu berichten gebeten habet: Dem-
nach erachten wir nach fleißiger Ber-
lesung und Erwägung derselben / da-
rauff in Rechten gegründet und zuer-
kennen

G 3

5430
kennen seyn / Daß Inqvisit, Christian
Anaermann / in seiner übergebenen
Defension etwas / so ihm zu statten
kommen möchte / nicht außgeföhret;
Derowegen es bey dem in Actis fol.
85. befindlichen Urtheil nochmahls
bleibet; Immassen er gleichfals des
Verstorbenen Wittib und Erben ein
gankes Behrgeld abzustatten schuldig;
jedoch mag die demselben zuerkandte
6. Jährige Landesverweisung in eine
Geldbuße auff 40. Gulden hoch / wohl
verwandelt werden: Er ist auch mit
den fol. 82. liquidirten Unkosten bil-
lig zu verschonen / B. R. W. Ubrkund-
lich mit unserm Insiegel versiegelt / 2c.

Ordinarius, Senior und andere Doctores
der Juristen Facultät in der Univer-
sität Leipzig.

Au
Ambtmann Joh. Sigism.
Leistern zu Dresden.
Mense Junii 1689.



Handwritten scribble

Corrigenda.

In inscriptione Defensionis lin. 13. lege, cujusdam.
lin. 22. lege Maji. pag. 16. omissa est linea ultima hu-
jus tenoris: aliqua sit proportio. Hæc enim in foro
quoad illum effectum. pag. 29. lin. 10. lege Corneliæ.
pag. 43. lin. 9. lege, autore. pag. 47. lin. 14. lege, ne-
quit. Reliqua benevolè emendabis candide Lector.

OK La 595

Handwritten scribble

In inscriptione...
in. a. lege. Maij. pag. 16. omnia...
justentis: aliquid in proprio. et...
quod cum effectum pag. 18. hinc lege...
pag. 17. in. o. lege. amore. pag. 14. lege. ne...
que. Reliqua benevole studebitis candide lector.

Handwritten scribble

Handwritten scribble



h. 7144

HOM
EXCU

DEF

DEDU
INNO

Unà cum sententiis i

CHRIST
GERM

Incolâ pagi cujusden
lingv

In puncto homici
sed tamen reverà circa ac
patæ tutelæ in Marti

GABRIEL BER
in prætu

d. 1. Maj. A. O.

DR.
Sumptibus GODOF
Typis JOHA

Za
595

STADTATS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

HECA
VIANA

